Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9153
Copyright: Melk, Benediktinerstift



134.

Est animũ differs curandi tempus in annũ
Dimidiũ facti qui cepit habet. sapere aude
Incipe. uiuendi qui recte prorogat hora.
Rusticus expectat dum defluat amnis. at ille
Labitur & labetur in omne uolubilis euũ;
Quaerit argentũ. puerisq; beata creandis
Uxor. & in cultis pacantur uomere si luci;
Quod satis est cui contingit. nihil amplius optet.
Non domus & fundus. non aeris acerui & auri.
Aegroto domini deduxit corpore febres.
Non animo curas. valeat possessor oportet.
Si comportatis reb; bene cogitat ipse;
Quid cupit. aut metuit iuuat illũ sic domus & res.
Ut lippũ pictis tabulis fomita podagra.
Auricolas citharis collecta sorde dolentes.
Sincerũ est nisi uas. quod cũq; infundis acescit;
Spernit uoluptates. noces empta dolore uoluptas.
Semper auarus egit. certũ uoto pete finem.
Inuidus alterius. macrescit rebus opimis.
Invidia siculi non inuenere tyranni
Maius tormentũ. qui non moderabitur irae.
Infectũ uolare ee dolor quod suaserit & mens.
Dum penas odio puium festinat in ulto;
Ira furor brevis est. animũ rege. qui nisi paret.
Imperat. hunc frenis. hunc tu compesce catena.